

DOMINGO DE SEXAGESIMA

EVANGELIO

Continuacion del Santo Evangelio segun San Lucas (VIII, 4-15.)

En aquel tiempo : Convieneo mucha gente, y viniendo apresuradamente de las ciudades hacia Jesus, les dijo esta parábola : Salió el sembrador á sembrar su grano, y cuando sembraba, una parte de la simiente cayó cerca del camino, donde fué pisada, y las aves del cielo la comieron. Otra parte cayó sobre la peña y luego que nació se secó, por que no tenia humedad. Y otra cayó entre las espinas, y creciendo al mismo tiempo las espinas la sofocaron. Y otra cayó en buena tierra y habiendo nacido, dió fruto, ciento por uno. Dicho esto, esclamo : El que tenga oídos para oír, oiga. Preguntaronle sus discipulos que quería decir esta parábola. Jesus les respondió : A vosotros se os ha dado á conocer el misterio del reyno de Dios, pero á los otros en parábolas, para que viendo no vean, y oyendo no entiendan. He aqui lo que significa esta parábola. La simiente es la palabra de Dios. Aquellos á quienes cae cerca del camino, son aquellos que la oyen, pero viene despues el demonio y arranca de su corazon la palabra para que no crean y se salven. Aquellos á quienes cae sobre la peña. Son

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam (VIII, 4-15.)

In illo tempore : Cum turba plurima conveniret, et de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem : Exiit qui seminat, seminare semen suum ; et dum seminat, aliud cecidit secus viam, et conculcatum est, et volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram : et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, et simul exortæ spinæ suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam : et ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat : Qui habet aures audiendi, audiat. — Interrogabant autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc parábola. Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei ; cæteris autem in parabolis : ut videntes non videant, et audientes non intelligant. Est autem hæc parábola : Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt ; deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram : qui cum audierint, cum

gaudio suscipiunt verbum : et hi radices non habent ; qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vitæ euntes suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent et fructum afferunt in patientia.

los que oyendo la palabra la reciben con gozo, mas, estos no tienen raíces y no creen sino hasta cierto tiempo, y en viniendo la tentacion se apartan. Y aquellos á quienes cae entre espinas, son los que la oyeron, pero despues la dejan sofocar con los cuidados, con las riquezas y con los placeres de la vida ; y asi no dan fruto. En fin aquellos á quienes cae en buena tierra son los que oyendo la palabra de Dios con un corazon bueno y perfecto, la conservan, y dan fruto por la paciencia. (Cf. Matth. XIII. 4-23; Marc. IV, 4-20.)

PRIMER DISCURSO

el sembrador y la semilla.

I ¿ Quien es el que siembra ? — II ¿ que es lo que siembra ? — III ¿ Donde la siembra ? — IV ¿ Porque lo siembra ?

Nuestro Señor Jesucristo como acabais de oír, dignóse dar por si mismo á los apóstoles, á petición suya, la explicacion de la parábola que acababa de proponer á la muchedumbre que acudido habia para verle y escucharle ¹. No necesitamos por tanto buscar el sen-

1. *Cum turba plurima conveniret, et de civitatibus properarent ad eum.* Primo enim illo tempore, quo Dominus prædicare cœpit et miracula operari, turbæ magis, quam nobiles et graves personæ, ad eum concurrerant ; quia turbæ ut leviores, facilius celeriusque ad nova quæque pertrahuntur : innuebatur etiam, quod infirma mundi electurus venerat, fortibus in sua confusione dimissis. Horum itaque populorum non erat unum propositum : quidam enim novitate rerum adducebantur ; quidam discendi gratia virtutis viam, quam ipse docebat, accedebant ; alii, ut mira cernerent, quæ operabatur ; nonnulli vero, ut ei insidiarentur :

tido de dicha parabola. Podria en verdad desarrollarlo bajo diversas formas. Pero esto fuera empresa demasiado vasta para un solo discurso. Por lo tanto quiero limitar á hallaros en el dia de hoy unicamente del sembrador y de la semilla que siembra. Asunto tan interesante como instructivo. Explicaré por lo tanto sucesivamente 1º ¿ Quien el sembrador? 2º ¿ Que es lo que siembra? 3º ¿ donde lo siembra? 4º ¿ Porque lo siembra? 1º

neque deerant, qui tanta sermonis ejus dulcedine afficerentur, ut ullo eum tempore deserere non possent; ipse tamen sua omnibus beneficia, et docendo, et alendo, et sanando, impartiebatur (EISENGREIN, *Postilla cath. dom. Sexag.*).

1. *Exiit qui seminat, seminare semen suum.* Quodnam est illud semen? quis seminator? Quis ager? — I. *Quodnam semen?* — R. 1º Semen est *verbum Dei*; intellige tum externum, quod auribus corporis percipitur; tum internum, quod intus in anima auditur, et est divina inspiratio ex qua præcipue fructus nascuntur, quos cor nostrum producit. Illa enim dat sensum verbi externi, estque instar virtutis seminalis, quæ intra granum seminatum latet. — Hinc-1) semen est doctrina christiana, complectens quæcumque homo scire et facere debet ut salutem acquirat.-2) Item quælibet veritas Evangelica in particulari sumpta. cælum, — infernus, — peccatum, — oratio, etc.-3) Exempla Christi et Sanctorum.-4) Internæ inspirationes gratiæ, et quasi invitationes ad bonam vitam, totidem sunt semina cœlestia.. 2º Verbum Dei vere semen est: puta aliquid valde exiguum, et minime speciosum, sed internam continens ac invisibilem virtutem et vitam... 3º Ut autem semen producat fructum suum, certas condiciones requirit: necesse enim est, ut in terra bene parata recipiatur et diligenter excolatur. — II. *Quis seminator?* Quo fine, cujus gratia seminet? quonam modo seminat? R. 1º Seminatore est *Filius hominis*, Christus Dominus, Verbum incarnatum, qui messem pretiosam suscitare intendit, messem electorum, quos coronare possit et in æterna beatitudine collocare: *Congregabit triticum suum in horreum*, Matth. III, 12... 2º Essentialiter seminatore est Dominus noster: ideo dicitur *qui seminat*, cujus nempe proprium est seminare... Hoc unicum negotium atque consilium Salvatoris, ad quod tota ejus providentia dirigitur. — Ideo *exiit* e gloria sua cœlesti, et in hæc infima venire dignatus est... 3º Seminat autem per se, et per servos suos: per angelos nempe bonos, perque Ecclesiæ ministros; — seminat per sacras conciones, bona exempla, pios libros, pias imagines, etc. — III. *Quis ager, quæve terra?* R. 1º Terra est anima cum suis potentiis, in quas Domi-

I. ¿ *Quien es el sembrador?* — Al proponer Jesucristo al pueblo esta parabola se espresó en los siguientes terminos: *El que siembra salio para sembrar la simiente* 1º ¿ No os parece que es algo extraño

nus semen spargit.-1) In memoria ac phantasia seminat sanctas cogitationes et imagines puras: quales sunt exempla Christi et sanctorum, recordatio peccatorum nostrorum, pœnarum inferni, gaudiorum paradisi, brevitatis hujus vitæ, mortis et judicii instantis, præsentia Dei atque angeli custodis, etc. -2) In intellectu seminat illustrationes illas cœlestes, quæ thesauros ac mirabilia, in fidei nostræ mysteriis latentia, repente manifestant; et sunt instar seminis ad meditationem et contemplationem sanctam producendam comparati. Seminat similiter inspirando bona consilia, quæ homo vel sibi accipere, vel aliis dare possit; conscientia item dictamina, quibus nos exhortetur ad bonum, aut de malefacto reprehendat. 3) In voluntate seminat sancta desideria et affectiones, quæ scintillarum instar erumpentes, ignem producunt veræ charitatis et fructum virtutum: quales sunt affectus timoris Dei, inferni et mortis; dolor de peccatis, amor Dei, desiderium illum videndi, eique serio, omnino ac non ex parte, perfecteque serviendi... 2º Ager est anima nostra, quæ tanquam terra est, ad fructum producendum idonea, dummodo -1) debite præparetur, excolatur, etc.; et -2) semen recipiat. — Præparanda est a nobis, Dei gratia tamen juvante; semine autem conserenda a Deo. Hæc duo, semen, quod ex parte Dei non deerit, et cultura ex parte hominis si concurrant, anima nostra producit fructum suum, et promeretur vitam æternam. — Hinc audiendi verbum Dei necessitas facile deducitur, nec non modus illud bene et fructuose audiendi (SCHÖPPE, *Evang. illustr. dom. Sexag.*).

1. Hæc autem mysteria regni continere fatetur ipse. Superne enim sator exiit, atque descendit, quemadmodum ipse docebat, dicens, Joan. XVI, 28: *Ego exivi a Patre* a quo non erat creatus at accessus: *lucem enim inhabitat inaccessibilem*, I. Tim. VI, 16, *et veni*. Sed et ex propriis regni sui thalamis ad nos exiit, qui, ex quo tempore Deus Adamum ejecerat, eque regione paradisi voluptatis collocaverat, facti eramus extranei. Nam ille quidem ob prævaricationem ejectus, pulsusque paradiso, quæ in eo agriculturæ semina sollicitudinis jugo, ab eoque recedens, acceptam substantiam in aliena regione dilapidasset. Ipse nihilominus peroptimi Patris clementia exiit, qui sator existeret; atque ad nos exiit, cum essemus facti extranei; nec certe alia ex causa, quam ut cœleste semen in nobis seminaret. Solus autem exiit ad seminandum, eo quod et ipse solus universorum seminatore esset. Multi namque e cœlestibus domiciliis exeuntes, ad homines descenderant, non tamen ut seminarent: neque enim.

este modo de espresarse y no llama nuestra atencion? No dice el Señor: salió un hombre á sembrar la semilla; sino: El que siembra. ¿ Quien es pues aquel á quien con tanta enfasis llama el Señor: El

satores, sed administratorii Spiritus ministerii causa missi, erant. Moses quoque, ac illum secuti Prophetæ, haudquaquam cœlorum regni mysteria hominum mentibus seminarunt, tanquam nimirum qui parvulos erudirent, ac insipientes ab errore, quo in vitium ferebantur, retraherent; id enitentes ut idololatriæ, quo laborabant, morbum curarent, eorumque animos novalia facerent, atque aratro sulcantes sementi præpararent. Solus autem omnium sator Dei Verbum benignissimi Patris clementia nova semina, ac regni cœlorum mysteria evangelizatum exiit, humanum genus cœlestibus Dei ministris consertum. Hanc ergo in rem solus ipse e paterna exiit regia. Qui igitur quæ jecit ille semine susceperunt, ii suos animos, ceu arva quædam, excolenti Verbo tradiderunt, atque auditu cœleste semen acceperunt (EUSEB. ap. Combefis, *Biblioth. Patr. dom. Sexag.*). — Exiit; quis? Christus e cœlo in mundum veniens. Seminans enim, Christus; semen, Dei verbum; tellus, humana natura. boves, apostoli: aratrum, crux; jugum, concordia; lignum a jugo propendens, dulcis charitas apostolorum cervices circumstringens. Exiit qui seminat, seminare. Exiit Christus, non ut meteret, sed ut seminaret. Nondum enim resurrectionis semina humanis cordibus erant seminata. Exiit qui seminat, seminare; non triticum, non hordeum, non millium, aut aliud quid terrenum; sed fidem in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum; spem resurrectionis; dilectionem in Deum et homines sinceram, et indiscretam. Exiit seminans, e Paterno sinu; ipse existens in sinu Patris, et ad nos venit, quemadmodum ipse ait: *Exivi a Patre, et veni*. Joan. viii, 42; xvi, 28. Cæterum exiit a Patre, minime quidem ab eo separatus, nobiscum autem existens. Exiit qui seminat, ut superseminata a diabolo in hominum animabus malorum zizania eradicaret. *Omnisenim plantatio, inquit, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur*. Matth. xv, 13. Exiit sol justitiæ, ut lucidos suæ deitatis radios obtenebratis hominum cordibus inspergeret. Malach. iv, 2. Exiit ovium pastor, ut pietatis salem seminans, suave fœnum legalis litteræ ovibus condiret (S. JOAN. CHRYSOST. ap. Combefis, *Biblioth. Patr. dom. Sexag.*). — Exiit qui seminat seminare. Unde exiit, qui ubique præsens est, qui omnia replet? aut qualiter exiit? Certe non loco, sed habitudine, atque Incarnationis dispensatione propinquior nobis factus. Nam quia nos venire ad ipsum non poteramus, peccatorum maceria ingressum atque aditum prohibente, ipse ad nos egreditur. Ad quid igitur exivit? an ut terram vepribus plenam perderet, et ignavos agricolas puniret? Minime:

que siembra? Ese, amados míos, es el mismo dios. Dicese en efecto de el: *El que siembra*, porque su principio acto es el de sembrar y es tan importante y propio de el este acto que siembra siempre y sin interrupcion. *Mi padre* decia cierto dia Jesus, *nunca cesa de obrar, y yo lo mismo*! Pues bien entendiase que ese obrar es el sembrar lo mismo que otros divinos actos?

verum ut optimo cultu terram arando fertilem faceret, religionis ac pietatibus semina diligentius jaciens. Nam semina hic doctrinam, arva vero et campos animas hominum, seminatorem autem seipsum appellat. (Idem, hom. 45 in *Matth.*). — Quando autem audis exiisse seminantem ut seminet: non ineptam ac superfluam verborum repetitionem putes. Sæpe enim egreditur seminans ob aliam causam, quam ad seminandum: puta ut novalia scindat, ut perniciosas herbas amputet, ut vepres evellet, aut tale quid aliud faciat. Ipse autem ad seminandum egressus est (Id. *ibid.*).

1. Joan. v, 17.

2. Non cessat autem Dei Filius semper in nostris animabus seminare, nam non solum cum docet, sed etiam cum creat in nostris animabus seminat semina bona (THEOPH. ap. S. Th. *Cat. aur.* in Luc. viii). — *Qui seminat*. Seminatore est summus ille agricola, Deus summus: *Ego sum vitis vera*, ait Dominus, *et Pater meus agricola est*. Joan. xv, 1. Hujus agricolæ, conductitii seminatores, sunt prædicatores, qui primum grana frumenti spargunt, Christus suo Spiritu rigat, et Pater incrementum dat; I. Cor. iii, 6. Vel hic seminatore, qui exiit ad late spargendum suum semen, Christus est, qui e secretissimo sinu sui Patris, ex quo ab æterno genitus est, exivit in hunc mundum, ut cœleste semen in hominibus seminaret, et nobis notam faceret voluntatem sui Patris, nosque doceret, quæ ad Christianam religionem spectant; cujus uberrimum et fertilissimum semen est Evangelica philosophia pacis et charitatis alumna, quam cupit omnium fidelium animis inserere, insitam ad bonam frugem copiosamque messem perducere. Inseret autem, nisi obstituerimus, jactaque grana perverso animo conculcaverimus. Ipse enim est casti consilii seminatore, imo et omnis boni tam naturalis quam moralis et virtuosus, tam ad speculativum quam practicum intellectum pertinentis. Cum enim fit verbum Patris, per quod facta sunt omnia, ars est et ratio omnium factorum, faciendorum, et adeo fieri possibile, etsi nunquam fient, unde et omnium rerum semina ab ipso proficisci necesse est; merito seminatore absolutus, primus et infinitus dici debet. Licet enim multa Deus habeat officia; hoc unum velut magis di-

No siempre siembra, sin embargo, el Señor directamente y por sí mismo. Así como tampoco es el mismo rey quien lleva siempre á cabo los actos de su gobierno, sino que á veces y á menudo su-

lectum sibi delegit, a quo speciale sibi nomen seminantis assumeret. Ipse *lux est vera, quæ illuminat omnem hominem*; Joan. i, 8; at qua ratione lucis nomen habet, eadem et seminantis; quia seminat illuminando, et ipsum semen lux est; imo ipsum seminantis officium, vivificatoris munus est. Paulus enim dicit: *Exurge, qui dormis, surge à mortuis, et illuminabit te Christus*, Ephes. v, 14. Ergo seminat lucem illuminansque vitam tribuit, qua mortuus vivificatur: *Vita enim erat lux hominum*, Joan. i, 4. Si ergo penetras, quantum sit illuminare et vivificare; penetrabis etiam, quantum sit seminare. Profecto majus officium est seminantis, quam creatoris; quanto majus est esse gratiæ ex seminatione dimanans, quam esse naturæ ex creatione procedens. — Quod si admittas Filium Dei se seminasse in utero matris, aut potius seminasse suam subsistentiam divinam in carnem, quam assumpsit; num invenies officium aut functionem tantæ potentiæ, charitatis et dignationis, quam sit functio seminantis? Porro postquam Verbum Dei seminavit se in humanitatem suam, seminavit etiam se in apostolos et in omnes, qui per illos crediderunt; ut et hi filii Dei essent. Jam intelligis, quantæ majestatis functio sit, quod Deus seminet, et quod Deitatem seminet. Ergo videns Filius Dei, qui verbum vocis per prophetas in veteri testamento olim seminabat, Hab. i, 4, semen hoc non retulisse fructum exoptatum, atque propterea Deum non coli, sed ignorari; virtutes jacere, et vitia triumphare; cælum esse clausum, et infernum apertum; agrum animarum pro fructu reddere spinas et tribulos, Genes. iii, 18; ipse per semetipsum decrevit seminare, non vocem solam, sed semetipsum. *Exiit ergo qui seminat*. — Sed num, Domine, tu solus es qui seminas, ut dicas: *Exiit, qui seminat*? An non etiam diabolus, mundus et caro seminant? An non etiam seminant sancti viri? Cur dicis: *Exiit, qui seminat*; ac si unicus esset, qui seminat? Rursum: si nunquam non seminaret, justum tibi esset nomen seminantis: at nonnunquam non seminas, sed fructum seminis recondis. Ad hoc facile dictu est, cum recte seminantis nomen sibi vindicare qui eam functionem et melius et frequentius et fructuosius facit. Porro diabolus, mundus, et carnem non seminare dicas; sed corrumpere potius semen et destruere. Quod si sancti seminant; non ipsi soli, sed gratia Dei cum ipsis; I. Cor. xv, 10. Ipsi enim loquuntur; sed seminator est, qui vim præbet semini, qui vitam præbet terræ, et qui incrementum dat grano nascenti, I. Cor. iii, 6. quod si aliquando seminare cessat, terræ minus semini

cede esto, confía la ejecucion á sus ministros ó á otros agentes, lo cual no obsta que con justicia se diga, que el rey es quien gobierna, quien administra justicia, quien manda los ejércitos, quien lleva á

idoneæ culpa est. Nam semi nator vellet seminare semper; quia omnes salvos facere vult homines semper, I. Tim. ii, 4. — *Seminare*. Neque hoc superflue dictum putes, cum is, qui ex officio seminat, exeat quandoque non ad seminandum; sed ut aret, ligonizet vel aliquid simile agat. Neque vero *exiit*, ut trucidaret, sed ut servaret: *Non enim misit Deus filium suum in hunc mundum, ut judicet mundum; sed ut salvetur mundus per ipsum*, Joan. iii, 17. Denique *hæc voluntas ejus, qui misit me, Patris ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo; sed resuscitem illud in novissimo die*, Joan. vi, 39. Nec *exiit*, ut agrum incenderet; sed ut multis præsiidiis munitum et adjutum feraciorum redderet. Nec *exiit*, ut maledictam terram vepribus et spinis obsitam incenderet, in ignemque æternum dejiceret, et perniciosissimos ac scelestissimos homines severo judicio judicaret, judicatos acerrimis suppliciis puniret; sed ut seminaret semen: connaturale enim est Dei Filio *seminare*, id est, dona conferre. Nec *exiit* exurere terram, aut lapides contere; sed *seminare*. Seminavit quippe Filius Dei dona plurima naturalia in te, antequam per susceptam carnem ad nos exiret visibilis in foribus sensuum nostrorum; nec parvam existimes hanc seminationem, sed velut pluviam super te, o peccator, descendentem, sicut super vellus nullo strepitu personante. O si attenderes, quomodo non sit minus, te nunc conservare, quam te creasse. Quod contemplans regius propheta David, ait: *Ecce, Domine, tu cognovisti omnia novissima et antiqua; tu formasti me, et posuisti super me manum tuam; mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam*. Psalm. xxxviii, 5 et 6. Antiqua sunt naturalia; novissima sunt gratuita, quibus super nos manum suam seminantem habet Christus, etiam dum peccamus, etiam dum mali sumus; quia nec tunc cessat manus ejus a largiendo. Et quodcumque donum ejus dicitur semen usuræ fructum denotans; quoniam nec capillus peribit a computatione sua; ideo ei ratio reddenda est etiam cum usura. Non ergo minus agit erga te mantenentia Dei in hoc instanti, quo te conservat, quam in illo, quo creavit te. O te miserum, quia vita tua non dependet, nec tu ipse ab uno gracili capillo tui esse; quod si Deus sineret, redires quidem ad id, quod eras prius, videlicet ad non esse, vel forte in deterius caderes. Si radius solis contentiose ac reluctans se converteret contra solem ipsum, a quo dependet suum esse; quid judicares de tali radio? Si vertens caudam suam loqueretur contra solem patrem suum, ac diceret ei: Recede a me, quia in alio volo clarificari; non me satiat

cabo los tratados, y quien soporta los trabajos de la nacion: del mismo modo Dios tiene tambien sus ministros y agentes, á los que confia á veces el cuidado y cumplimiento, en nombre suyo, de los actos de su gobierno y el sembrar la semilla.

Estos ministros y agentes son en primer lugar los angeles que esparcen en los corazones la divina semilla, bajó la forma de buenos pensamientos, de santos deseos y piadosos impulsos. Nuestros padres y en general nuestros superiores todos y maestros que son tambien los ministros de Dios para la difusion de la divina semilla, por medio de la educacion y sanos consejos que nos dan. Tambien los ferventes cristianos siembran en torno nuestro la semilla de Dios, por medio de sus buenos ejemplos, y hasta los mismos malos cumplen, á pesar suyo, con esta mision, en virtud del alejamiento del vicio que concebimos en vista de su maldad. Ni aun los acontecimientos favorables ó adversos dejan de sembrar á su modo la divina semilla inspirandonos pensamientos de fé, de esperanza, de amor, desgradecimiento y arrepentimiento. Pero los ministros de que se vale el señor generalmente para sembrar la buena semilla son los sacerdotes, cuyo cargo consiste precisamente en esparcir y depositar entre los corazones de los hombres la divina semilla para que en ellos crezcan y purifiquen las virtudes que les han de alcanzar la gloria.

El sembrador de que trata nuestra parabola es Dios, que sembra bien directamente por si mismo, bien indirectamente valiendose para ello de las criaturas ¹.

favor tuus. Nonne radius solis, qui similia diceret, fatuus esset? Nonne execrandus judicaretur? Sane quidem. Si tu, o peccator, cum dependens a Deo, sicut radius solis in esse, et in conservari; quia in deterius ruis, quam radius solis, dum te Deus dimitteret; attamen dum peccas contra Deum converteris, et cum spernis, dum vis in suo contrario, id est, in peccato gloriari; et adhuc dissimulat peccata tua, etiam sine pœnitentia; imo ipse piissimus adhuc te conservat, et detinet vitam tuam; quia semper seminat, nec vespere peccati cessat manus ejus a tanto opere (EISENGREIN, *Postilla cath. dom. Sexag.*).

1. *Exit qui seminat*, etc. Seminat doctor verba Dei; seminat justus

II ¿ *Que siembra?* — La semilla que Dios esparce, es su propia palabra, segun se desprende de la esplicacion que el señor hizo de la parabola, diciendolo: *La semilla, es la palabra de dios.* ¿ Y en que

bona opera. Considerandum autem quid, quantum, ubi, quando sit seminandum. Sicut enim in materiali, ita etiam in spirituali seminatione requiritur seminis bonitas, seminantis liberalitas, telluris fœcunditas, temporis congruitas. — De primo, Os. x, 12: *Seminate vobis in justitia, et metite in ore misericordiæ, innovate vobis novale*, etc. *Seminate*, inquam, docendo vel operando. Si enim bonum seminas, bonum et metes. Quid ergo est quod perversi sæpe dicunt: Ad regnum cœlorum utique veniemus? Si urticam vel zizania seminares, stulte, triticum expectares? *Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet*, Gal. vi, 8. Si bonum, bonum; si malum, malum. *Fili, non semines mala in sulcis injustitiæ, et non metes eam in septuplum*, Eccl. vii, 3, videlicet in gehenna, ubi septem pœnæ sunt, ignis, vermis, fœtor, fumus, tenebra, vincula, frigus. Auctoritas patet. — De secundo, II. Cor. ix, 6, 7: *Qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet: unusquisque proutdest inavit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus*. Si ergo vis multum fructum colligere in futuro, multa debes bonorum operum semina spargere in præsentia. Bernardus, in Ps. *Quaerit*, præf. Modica seminis [al. sementis] detractio non est modicum messis detrimentum. Licet multa opera sint gravia et sensualitatis lacrymosa, tamen tempore messis tristitia seminantis vertetur in gaudium metentis; Psalmista, cxxv, 5: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent*. Is. ix, 3: *Lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe*. Gregorius, *Moral.* lib. 10, c. 19, al. 12, n. 36, quoad sensum: « Nequaquam retributionis gaudium de æternitate colligitur, quod non hic prius prævia tribulatione seminatur. » Certe libenter multos denarios dares ei, qui tibi sine peccato pro unoquoque, post annum centum redderet, Et certe Deus centuplum redderet tibi pro singulis bonis: *Ortum fecit fructum centuplum*, Luc. v, 3. — De tertio: *Seminavit Isaac in terra illa et invenit in ipso anno centuplum*, Gen. xxvi, 12. Terra ista bona est cor bonum, vel bona voluntas. *Quod autem in terram bonam cecidit, ortum fecit fructum centuplum*, Luc. v, 8. Secundum autem Matthæum, xiiii, *aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum*. Secundum Glossam, ex Aug. de sanct. Virginit. n. 46: « Centesimum in virginibus; sexagesimum in viduis; trigesimum in conjugatis. » Semina ergo hujus fructus faciendâ [leg. faciendâ] non solum sunt Dei verba, sed bona opera. Semina enim sunt orationes, elemosynæ, jejunia, peregrinationes, et his similia. Sed hæc seminantur juxta viam, quando fiunt pro apparentia,